

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

P. 1-3 nebst Inventarium

Gerson, Jean

[Straßburg], 1488

De consilijs evangelicis et statu perfectionis

[urn:nbn:de:bsz:31-300776](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300776)

Sequitur questio

theologica / cuius titulus est *Utrum auroz
mane rutilans solem ediderit. In qua tra-
ctatur de consilijs euangelicis et statu per-
fectionis ab eodem dno Lancell.*

Questio determinanda *Utrum
auroz mane rubens solē edi-
derit. Quia iuxta Aristote.
in Elenc. Omnes transferē-
tes fm aliquā similitudinem
transferunt. Aduertendū est qd vt longa
et certa experientia cōperit medicus auroz
imitans naturā veris tpati in dieb; anni/
vires aiales confortat et perficit. pro eo scz
qd in eo vt ipsi tradūt humor sanguinis in
quo fm eos vita consistit dñat. Et sol iste
quem nobis auroz parit vita est viuenti-
um et animātū istoz. Adcirco alti trās-
ferēdo inuestigare libet in quo stat manet
et consistit vita aie nre spūalis. et perfectio
vite xpiane. qd pprie est theologicē inuesti-
gationis / et nō inuilib; cōsiderationis. No-
uimus itaq; vitā istius corpis stare et con-
sistere in ynione vel iūctiōne ipi ad aiaz
que est principiū vite et actus substantialis
corpis organici phici. Quāto igit iūctiō
ista ad corpus ipsum qd actuat informat
et viuificat maior est et indissolubilior. tan-
to vitq; vita ista corpalis pfectior est. Si
igitur pformiter ad ista scire et inuestigare
voluerim in quo stat et pficit vitā xpiana.
sciem; istud habito et cognito illo qd spū-
tum nrm rōnalē suo vitali et pfectiuo prin-
cipio / qd deus est / pfecti et intimi vnit et i-
timat et iungit in ipso. Etenī sicut a poetis
dictū allegat apls. In quo viuim; moue-
mur et sum;. Hinc et ipse dicebat. Dibi vi-
uere xps est. Et iterū. Vita nra abscondita
est cū xpo in deo. Est igitur conclusio ista
fundamētalis hmoi. Vitale essentialē in-
trinsecū et pfectiuū formalit. principiū vi-
te xpiane / est caritas et eius madata. Con-
clusionē istaz ponit in sua sanctus doctor
scōa scōe. q. clxxiii. ar. iij. Que quidem
sic probat. Primo de ipsa caritate. qm in
illo stat et consistit vitā xpiana et perfectio
ipsius / qd spū nrm rōnalē suo vitali et pfe-
ctiuo principio ipsi scz deo. vnit pfectius
vicini; intimat et iungit. hoc supponit. il-
lad aut est caritas / qm qui manet in carita-
te in deo manet et deus in eo. vt ait Jobes
in canōica. Juxta qd Lolossenses monet*

apls Super oia inquit caritate; habētes
que ē vinculū pfectionis. Et. ij. ad Cor.
ciii. scribit. Si habuero omnē pphiam / et
nouerim mysteria omnia / et omnē scientiā
et si habuero omnē fidē ita vt mōtes trans-
ferā. caritate aut non habēā nihil sū. Se-
cūdo arguit ad istā partē / qm vitā xpiana
consistit in virtutib; theologicis et moralib;
bus. inter eas aut omnib; supeminet caris-
tas velut perfectissima et aliaz perfectiua.

Confirmat quoniā vitā beata q est con-
sumata et cōpletiua stat in dilectione et amo-
re inter beatos. Etenī ille perfecti; viuūt vi-
tā beata / qui deo plus adheret et intimatur
per dilectionē / et transformatiū amorem.

Tertio ad idem quoniam illud est vitā
anime nostre spiritalis / qd est summa / ter-
minus / finis / et cōplemētū tot; legis et euā-
gelij. hoc aut est caritas ait apls. Plenitū-
do etenī legis est dilectio. Quocirca volēs
saluator petrū sicut pfectissimū p se ducent
et pastore instituire pfecti corpis ecclesia-
stici de solo amore interragauit. Petre in-
quit amas me. diligis me plus his. aperte
volens in nuere illū in omni sexu / statu / et
gradu pfectissimū qui deū maxime diligit

Secūdo principaliter pbatur cōclusio
de ipsis madata / auctoritate Job. in cano-
nic. Scim; inquit qm translati sumus a
morte ad vitā. Cur ita; causam subintulit
quoniā diligim; fratres Unde xps math.
v. ca. post precepta dedit de dilectione pri-
mi et inimicor; cōcludit. Estote igitur per-
fecti sicut pater vester celestis perfectus est
Sic et Luce. x. ad legis pto ait de amore
xpi et proximi. Hoc fac et viues. Loq; tur se-
pius et de ipsis madata in lege et pphis q
ea faciens viuet in eis. Leuit. xvij. Deut.
vi. et alijs plurib; in locis. Sic et glosa su-
per illo iam allegato. Super oia aut caris-
tatem habētes et. Cetera inq; precepta p-
fectū faciūt pro quāto ad caritatē ordina-
tur. Quāob; et beatus Athanasius homi-
num pfectissim; vnus / in li. que fecit de sa-
tisfactione fuge. Dic est dicebat ipse homi-
nuz terminus ad pfectionē ducēs. Si qd
iubet dñs ipse faciā. Stat igitur in hoc
puncto radix dicendor; q caritas et ei; mā-
data per se et essentialiter integrāt. constitu-
unt. et perficiunt vitā xpianā. **E**t con-
clusionē infero primo. Sicut pcepta dei
dant de caritate et omnib; virtutib; et acti-
bus eoz. sic etiam data sunt de pfectionē

De consiliis evangelicis

caritatis/ et omnium virtutum. **P**rima pars patet/ quoniam secundum theologicam doctrinam omnes virtutes pro loco et ipse sunt in precepto. Cum enim virtutes necessario conexas sunt/ oportet si una sit in precepto quod et omnes. **I**n secunda parte volo dicere/ quod preceptum caritatis claudit omnem et totam beatitudinem tam interius suam quam extensivam dilectionis et amoris/ quoniam tunc quod perfecta et intensa fuerit ista latitudo et ita de ceteris preceptis imaginandum est que sunt de virtutibus unde loquitur psalmista. **D**ivisionis summationis. hoc est omnis et totius perfectionis/ vidi finem. **Q**uid? Latum mandatum tuum nimis. latitudinem videlicet nimiam vel multam/ extensivam usque ad dilectionem inimicorum et persecutorum nos. intensivam ut quod totam perfectionem gradualiter claudit dilectionis et amoris. **C**orollarium istud ponit expresse beatus Augustinus in libello de perfectione iusticie ubi et introductione determinat quod perfectio iusticie que est virtus generalis includens omnes virtutes/ est in precepto. **C**ur enim inquit non preciperebomini ista perfectio. **Q**uis enim nemo in hac vita habet beatitudinem. **N**ec enim ait spiritus sanctus recte currit/ si quod currendum est nesciat. **Q**uoniam autem sciret si nullis preceptis ostenderetur. **M**anifeste colligitur istud et ex forma precepti caritatis. **D**iliges dominum deum tuum/ ex toto corde tuo/ ex tota anima tua/ totum autem et perfectum idem sunt. **I**tem phariseorum. **E**t de proximo mandatum habebimus. **D**iliges proximum tuum sicut teipsum. **M**aiorem autem et perfectiorem dilectionem mandare non potuit dominus/ quam quod est sicut nos diligamus. qui nosmetipsos maxime amamus. **Q**uia propter et prophetam regius loquitur domino. **T**u mandasti mandata tua custodire nimis. **E**t iterum. **M**andasti iusticiam tuam/ testimonia tua/ et veritatem tuam nimis. **U**bi glosa Augustini et aliorum. nimis hoc est multum/ valde et intense. **I**tem iuxta aliquas glosas/ plusquam etiam natura carnis patitur. **U**nde et in hoc concordant doctores theologi quod soli beati implent preceptum caritatis in sua summatione vel completionem. **N**ullus autem inveniatur est qui diceret/ quod ipsi sic agentes faciant opus consilii sed precepti/ nisi quidem noviter dati sed a creatione sua signati super eos. **I**nfero scilicet quod minus sufficiens est imaginatio illorum/ qui imaginati sunt quod precepta dei ordinant ad charitatem/ et alias virtutes/ sub aliqua certa mensura minimo gradu. quod autem est supra illam mensuram vel gra-

dum illud est sub consilio. **A**pparet istud minus sufficere. **P**rimo ex statim dicitis. **S**cilicet ex ipsa forma precepti que totaliter mandat et perfectionem et nullum gradum relinquit sub consilio. diliges preceptum ex totis viribus. qui autem totum diligit nihil excludit. **C**orollarium autem istud est de intentione doctoris sancti scilicet scilicet q. cxxxviii. ar. iii. **E**t in libello suo de perfectione vite spiritualis. **P**receptum inquit dilectionis nullis terminis coartat. ita ut recte dici possit/ quod tanta dilectio sit in precepto quod nulla excedit limites precepti. imo unicuique mandat ut deum quantum possit diligat. **P**otest et istud deduci. quoniam precepta et consilia ut infra melius videbitur/ habent alias et aliam materiam/ siue aliud et aliud obiectum. **S**i enim caderent super eandem materiam vel idem obiectum/ esset ea confundere. **D**ilectio autem dei et proximi est materia circa quam cadit preceptum caritatis. igitur circa ista non est consilium. **U**nde nusquam in tota serie scripture sacre reperitur quod aliquis gradus vel mensura aliqua dilectionis dei et proximi sit in consilio. **S**equitur tertio. **N**on modo dilectio que haberi potest in via/ est sub precepto. verum etiam dilectio ipsa beatifica. **I**stud ex intentione ponit beatus Augustinus in libro de perfectione iusticie sicut iam allegatum est. **E**t arguitur istud quoniam mandatum dei eternum est ex tota materia sua dilectio autem beatifica est de ipsa materia. ergo non erit limites precepti. **P**reterea ad dilectionem beatificam omnes obligamur tendere/ nisi/ et conari. ergo illo modo saltem est in precepto. **E**tiam quod ut dictum est beati qui perfecte et totaliter deum diligunt non faciunt opus consilii sed magis preceptum quoniam maxime obligant perfecte deum diligere. **E**x quo apparet vltra quod illud quod cadit sub precepto potest diversimode impleri absque culpa vel transgressionem. **A**lter enim diligunt deum viatores. aliter comprehensores/ aliter perfecti viri. aliter incipientes. et aliter proficientes. **E**t tamen minus peccant imperfecti si non eque deum diligant velut perfecti iam in caritate firmati/ et radicaliter. nec imputatur viatoribus ad culpam si non eo amore univoco deo hereant quo et ipsi beati. quantum secundum Augustinum dilectio beatifica sit sub precepto. **L**icet enim sit sub precepto/ non tamen est de necessitate precepti. **N**ec enim necesse est ut optimo modo diligatur deus. quinimo ad evitandum culpam/ sufficit appreciative plus eum diligere.

o. s. apud.

hoc est q̄ amor dei omnibus preponatur/ sic q̄ paratus esset homo ante omnē aliūz amorem dimittere q̄s dei amorem. z hic est vnus modus p̄fecte dilectionis nobis possibilis/ z de necessitate precepti. Alterius ex conclusionē sequitur q̄ si consilia ad p̄fectionem vite ep̄iane facere dinoscantur/ non tamen essentialiter hominē p̄ficiunt in vita ep̄iana. Prima pars claret ex decursu euangelij. pro secūda arguit quoniā plures p̄fecti fuerūt in vita spiritali absq̄ obseruantia consilioz euangelicorū/ vt de abraam constat/ cui dñs ait. Ambula coram me z esto p̄fectus. de Job etiā cui nullus similis erat i terra. de ceteris quoq̄ patriarchis/ patribz/ et p̄phetis veteris testamēti. quos fuisse p̄fectos nullus negat neq̄ tamen seruauerūt aut impleuerūt cōsilia euangelica. Item in statu innocentie fuissent homines p̄fectissimi in vita sp̄iali. nec tamen obseruassent consilia euangelica. paupertatis/ obedientie/ et castitatis. sed corū p̄fectio fuisset in adimpletione diuinorū preceptorū. Ex quo patet q̄ pro tanto consilia euangelica pertinere z facere dicitur ad perfectionē vite spiritalis. quia sunt instrumenta quedā expedita et p̄mouentia ad modū ad perfectionem ipsam vite spiritalis cōquirendā/ vel iam adquisitaz conseruandā. Sequitur ex dictis q̄ ex quo non intrans essentialē constitutionem vite ep̄iane. oportet dicere q̄ solum instrumentaliter ad illam faciunt et cōcurrunt/ quēadmodū in vita corporali qualitanue dispositōes/ instrumenta/ organa. z hmoi p̄ficiunt quidē vitam corporis/ sed instrumentaliter tñ modo/ accidentaliter z fm quid. z nullo modo essentialiter. Hoc expresse tenet sanctus Tho. scđa scđe. q. cxxxiiij. ar. viij. hoc i solutione p̄merationis atq̄ sequenti articulo. iij. vbi querit an liceat ep̄is aliquid possidere i solutione p̄merationis. Idem z questione subsequenti. ar. ij. in corpe questionis vbi dicit q̄ ad perfectionē vite ep̄iane essentialiter pertinet perfecta obseruantia p̄ceptorum. Hoc idem ponit. q. cxxxviij. arti. primo in corpe/ vbi querit an habere aliqd in cōmuni diminuat de ratione perfectionis. Hec eadem determinat in libello suo de perfectione vite spiritalis. Sic et post eum Godofridus de fontibz z alij. **¶** Alterius infero q̄ paupertas voluntaria quā

tūcunq̄ arca non perficit hominē essentialiter in vita ep̄iana. Istud expresse determinat Cassianus in collationibz patrum collatione prima. z allegat sanctus doctor in lib. sepe memorato. Ieiunie inquit vigilie. nuditas. priuatio omniū facultatum non p̄fectio sed perfectionis sunt instrumenta. quia non in ipsis constat disciplinē finis sed per illa peruenit ad finem. Ob hoc enim ait sanctus doctor vbi supra hec in religionibz instituta sunt/ non quia in ipsis principaliter constat p̄fectio. sed quia his quasi quibusdā instrumentis ad perfectionē venitur. Hoc idem ponit scđa scđe. q. cxxxiiij. ar. iij. in solutione prime rationis. Unde z querens in lib. de perfectione vite spiritalis. quomodo fuit Abraam p̄fectus qui diuitias habuit z diues mortuus est. Hec inquit questio solui non potest si p̄fectio vite ep̄iane consisteret i ipa dimissione diuitiarū. Sequeretur etenim Abraam diuitem/ non esse p̄fectum aut fuisse. Verum si verba domini diligenter considerentur/ non in ipa abdicatione diuitiarum perfectionē posuit. sed hoc esse quādam viam z dispositionē ad perfectionem sicut et ipse modus loquendi clare ostendit. Si vis inquit p̄fectus esse/ vende et vende omnia que habes/ z da pauperibz/ et veni z sequere me. Ultimo ponit/ et seq̄ re me. quia in sequētia xpi consistit p̄fectio. ad quam instrumentaliter/ disponit abdicatio diuitiarū. Unde z illam abdicationem ordinat ad dilectionem proximi. Da inquit pauperibz. Quocirca z beatus Hieronim⁹ super illo. Ecce nos reliquim⁹ omnia z secuti sumus te. Parum enim inquit erat omnia relinquere. quod z sacrates fecit. et multi phozum. Ideo z iungit quod p̄fectum est. et secuti sumus te. Non quidem passibus corporis sed amoris. Sic et Origenes super illo. Si vis esse p̄fectus zc. Nō sic inquit intelligitur istud vt in ipso tempore quo tradiderit quis bona sua pauperibz/ p̄fectus fiat. sed quia ex illa die incipit speculario dei. deposito scilicet onere diuitiarū. quia sic liberius deo vacare potest eum adducere ad omnes virtutes. Videtis q̄ in actibus virtutum ponit essentialē z finalem perfectionem. Sic igitur potest quis possidens amplissimas diuitias/ perfecta caritate deo inherere. et ipsis affluentibus cor non apponere. quē

no dicitur



De consilijs euangelicis

admodū constat fuisse de abraam / cui⁹ per
fectio non ponitur in abdicatione diuitia
rum. sed in hoc q^o coram deo ambulauerit
Ambula coram me / ait ad cum dominus
et esto perfectus. Ambulauit autem / perfe
cte deum diligendo et amando. **¶** Acc et
hoc arguere poterit quis inuile esse consi
lium paupertatis / sicut ait sanctus doctor
ybi supra. Non enim ut ipse ait propter hoc
dedit consilium istud quasi diuites perfec
ti esse non possunt. sed quia faciliter nō p^o
ficatur homo cum possessione diuitiarum
Doc idem sentit dominus Huilhelm⁹ an
tistodoren⁹. respondendo ad quoddam ar
gumentū / cum arguitur. Relinquere om
nia est opus perfecte caritatis. Doc inquit
sic intelligendū est q^o est signum perfecte
caritatis / et non essentialiter pfectio. **¶** Pre
terea si paupertas esset essentialis pfectio
sequeretur q^o nulli diuites possent perfici
in uita xpiana. ex quo non haberet paup
tatem / que fm aduersarium pertinet ad es
sentialem perfectionē. Falsitas consequē
tis ex illo arguitur **¶** Eccl. xxxi. ybi beatus di
ues ille dicitur / qui inuentus est sine ma
cula / nec sperauit in thesauris pecunie. Su
per quo glosa magna. Siquidem uirtus
est diuitem esse et perfecta caritate deo figi
et adberere. qui ex affectu diuitiarum ma
culam non contrahit. qui post aurum con
cupiscendo non vadit. nec de diuitijs sup
biendo super alios se extollit. Sequitur
Quis enim est hic / et laudabimus eum. fecit
enim mirabilia in uita sua. Vere enim mira
bilia facit qui in diuitijs affluentibus cor
non apponit. Post que omnia concludit
qui probatus est in illo et perfectus inuen
tus est. Item si paupertas uolūtaria essen
tialiter faceret ad pfectionem uite xpiane.
sequeret q^o possessio opum et diuitiarum es
sentialiter impficerent hominē. et ita prela
ti papa domin⁹ omnium. uiri ecclesiastici
possidentes diuitias / isti deficerent a per
fectione xpiana. imo ipsi religiosi qui d^o ar
tissima paupertate gloriuntur. transēntes
ad prelaturas / in quibus recipiūt amplas
diuitias. illi in quā caderent a perfectione
essentiali uite xpiane. et ita nunq^o deberēt
ad prelaturas illas transire. Porro q^o in
ipsa dimissione pecuniarum seu diuitiarū
non consistat essentialis pfectio. decla
rat sanctus doctor in libello sepe dicto / ar
gucns per exemplum / q^o ipse saluator tra

dens **¶** Matth. v. capitulo documenta per
fectionis dicebat. Si quis percussit te
in maxillam prebe ei et alterā. Et qui uult
tecum in iudicio contendere et tunicam tols
lere. dimitte ei et pallium. Et quicūq^o te an
gariauerit mille passus. uade cum eo et alia
duo milia. Manifestum est q^o uiri perfec
ti nō semper ista lactu implent. Alioquin
ipse dominus a perfectione defecisset / qui
percussus a seruo pontificis. non prebeuit
aliam maxillam / sed dixit. Si male locu
tus sum. testimoniū perhibe de malo. Si
autem bene. cur me cedis. Similiter pau
lus. Qui a lapam a sacerdote recepat non
obtulit aliam maxillam. sed constanter dis
xit. Percutiat te dominus paries dealbas
te. Sic ergo non est de necessitate essentia
lis perfectionis / hoc opere implere. sed su
ficit ut in preparatione animi habeantur / ut
ait Aug⁹. li. de sermone domini in monte.
quod et diuites habere possunt. Unde et uiri
pfectissimi Athanasius. Siluester. Hi
lari⁹ et alij sancti plures uiri pfecti / opes et
diuitias possederunt. **¶** Deniq^o in statu is
nocentie fuissent homines perfecti / et tas
men fuissent maxime et vere domini / sem
poralium / quib⁹ dicebatur a domino. Do
minamini piscibus maris et uolatilib⁹ ces
li etc. **¶** Sequitur ultra q^o ieiunium / absti
nentia / inedia / uigilie / non pertinent essen
tialiter ad perfectionem uite xpiane. Hoc
ex intentione tenet Cassianus ybi supra
allegatur in priori corollario. Nam et de
domino legimus q^o uenit manducans et
bibens. Quāobrem Augustin⁹. x. confes
sionum. Non ego inquit timco immundi
ciam obsonij. sed immundiciam cupidita
tis. Dec est enim que imperfectum facit. nō
ipsum obsonium. Et in libro de doctrina
xpiana. Uisus inquit talium non est in cul
pa. sed libido. Fieri enim potest / ut sine uicio
aliquo uoracitatis / preciosissimo cibo sas
piens utatur. insipiens ardentissima gule
flāma in uilissimum inardescat. Simile
dicitur in libro de questionib⁹ euangeli⁹ / et
recitatur in decretis. Oportet inquit sapi
entes filios intelligere. non in abstinendo
vel manducando esse iusticias. sed in equa
nimitate tolerandi inopiam. Nam Pau
lus qui sciebat abundare et cum manduca
tibus manducabat. non impfiebatur ex
hoc. alias nunq^o egisset. Qua in re richar
dus de facto uictore i libro de extermiatōe

mali et promotione boni. Dicitur autem quod multos videmus mira abstinence corpus afflicisse. morbos graues incurrisse et incurabiles. eosdem ipsos post edomitam concupiscentiam. post acceptam diuinitus gratiam rigoris pristini frena laxasse. et corpori suo in cibo. potu. somno. vestitu. multo amplius quam custodia sanitatis postulasset indulgere. Constat autem quod loquitur de perfectis ut potest de illis qui concupiscentiam edomuerant et diuinam gratiam receperant. Unde et beatus macharius summus ille anachoritarum hominum perfectissimus vnus. de solitudine veniens ad congregationem fratrum et vinum bibens cum eis non ex hoc impiciebatur. Quod si abstinence a vino esset essentialis perfectio nunquam illa relaxasset. **T**ertium si ieiunium. abstinence et cetera essent de essentiali perfectione sequeretur quod vires cibis delicatis carnibus et volatilibus non possent perfici in vita christiana. imo sequeretur quod infirmi. debiles qui forte tota vita sua ieiunare non possunt. senes ipsi in religionibus et alibi. Isti inquam deficerent qui in edias vigiliis abstinencias ferre non possunt a perfectione christiana. Quod quis diceret? **C**orollarium istud tenet sanctus doctor scilicet scilicet q. ceteri. ar. ij. in cor. questionis **E**x predictis infero quod paupertas. vigilie. abstinence. ieiunium. inedia. nuditas. priuatio omnium facultatum non sunt virtutes. Apparet ex predictis quoniam omnes virtutes sunt de essentiali perfectione vite christiane. Decem autem omnia sunt extra essentialem perfectionem vite christiane ut deductum est. **I**tem si ista essent virtutes sequeretur quod debiles infirmi. senes. diuites non possent habere omnes virtutes. cum ipsi senes et valitudinarii ieiunare non possint et abstinence facere. Et diuites non habent paupertatem sic nullam virtutem habere possent. **C**um enim virtutes sint connexae. et diuites non habent paupertatem que secundum aduersarium est virtus. et infirmi non habent abstinence. sequitur illatum. **E**x quo statim apparet quod ista omnia predicta ieiunium. vigilie. paupertas et huiusmodi. magis sunt quedam voluntarie penalitates quam virtutes dicende. patet ex dictis. Quoniam si paupertas vel ieiunium essent virtus vel gradus virtutis tunc essent per se laudabiles quoniam virtutes sunt per se bone et de genere per se laudabiles. **T**ertium est autem quod paupertas non est lauda-

bilis nisi et hoc adiuncto quod est voluntaria. **S**ic est de ieiunijs et vigilijs. Unde quod admodum mors ipsa voluntarie perpessa pro christo licet sit meritoria. non tamen est virtus anime aut potentie perfectio sicut actus vel habitus existens in anima. sed magis est quedam voluntaria et meritoria penalitas. sic de predictis imaginandum est. **A**lterius infero quod habens familiam uxorem et liberos potest essentialiter perfici in vita spiritali et christiana. patet de abraam ut argutum est. de Job et alijs plurimis viris perfectis tam veteris quam noui testamenti qui uxores habuerunt. **S**ecundo quia tales possunt habere omnes virtutes. Si enim daret instantia maxime esset de ipsa incontinentia. Hanc autem habere possunt ipsi coniugati ut expresse determinat Augustinus in libro de bono coniugali. **C**ontinentia etenim sicut ipse ait non est virtus corporis sed animi. Nam virtutes aliquando latent in habitu. aliquando manifestantur in opere. omnem autem actum vel habitum animi quem habent non coniugati possunt et ipsi coniuges habere. **S**icut enim exemplum est beati Augustini ubi supra. Non impar est meritum essentialis fortitudinis vel patientie in Jobanne qui passus non est. et in petro qui passus est. Habuit enim Job virtutes fortitudinis et patientie eque perfectas sicut petrus. **S**ic et similiter non est impar meritum essentialis castitatis vel continentie in Jobanne qui nuptias expressis non est. et abraam qui filios genuit. Abraam etenim castitate continentis Jobis habuit in voto et habitu. et castitate nuptiarum in usu qui libere abstinentisset ab omni actu coniugali si dominus precepisset. sicut Jobes legitur a nuptijs reuocasse. **Q**uidam quidem Jobes continentiam ostendit in actu exteriori. **E**x quo sequitur quod virginitas secundum illud quod addit ultra continentiam. et si sit quidem decor virtutis. non tamen est virtus nec gradus virtutis alias coniugati non possent omnes virtutes habere. imo quod virtutes necessario necesse sunt nullam omnino virtutem haberent quibus deesset virginitas. **S**ecundo nulla virtus tollitur nisi per peccatum. virginitas autem absque peccato perdi potest ut in actu coniugali. **T**ertio omnes virtutes et actus earum pro loco et tempore sunt in precepto. virginitas autem nulli seruanda precipitur. **Q**uarto omnis virtus perdita vel amissa per penitentiam potest reparari. sola virginitas perdita vel amissa nunquam reparatur. **E**x premissis igitur apparet quomodo

De consiliis euangelicis

consilia euangelica faciunt ad perfectionē vite spiritualis. faciunt enī vt d. cum est si-
cut instrumenta promouentia vel expedis-
entia/ vel manuudentia ad illam/ aut sic
remouentia prohibens. Quia enī concu-
piscencia oculorum plurimū impedit et re-
tardat a perfectione habenda. Ideo ad tol-
lendū istud/ dedit domin⁹ consiliū pau-
peratis per quā tollunt et abdicant ea que
extra nos sunt/ videlicet temporalia. Quia pro-
inde concupiscencia carnis/ viam impedit ad
perfectionē habendam. Ea propter adhibuit
domin⁹ consiliū castitatis que tolleret illud
quod est iuxta nos videlicet vt est concupiscen-
tia carnis. Quia denique supbia vite maxime
impedimēto est ad ipsam perfectionem.
Datū est idcirco consiliū obedientie/ qua
nosmetipsos abnegemus/ ponentes propriā
voluntate in arbitrio alterius. **C**oncordat
cum istis doctor solēnis in questionibus
de quolibet dicens. q. consilia euange-
lica plus faciunt ad vitam spiritalem nega-
tiue/ remouendo prohibentia/ q. positue
faciunt. **H**oc idem ponit doctor sanctus in plu-
ribus locis/ dicens q. consilia ordinantur
ad vitam spiritalem/ sicut ad vitam corporis
tuendam ordinat medicina preseruatua/ que
non intrat essentialē constitutionē viuētis
et sine ea potest haberi perfecta et integra sa-
nitas. Cetera autē precepta alia a caritate fa-
ciunt ad vitam spiritalem/ sicut cibus vel ali-
mentū ad vitam corporis. sine autē cibo vel
alimento non est vita. imo et alimentū per
actionē caloris naturalis conuertitur in alimē-
tum vel cibum. Sic ergo apparet q. quāntū-
cūq. remoueant impedimēta perfectionis per
instrumenta consilioꝝ. vel quāntūcūq. per
perfecta instrumenta habeant ad perfectionē
habendam. nunq. tamē dicendus est homo
perfectus nisi habeat illa que veniunt et cō-
currunt ad essentialē constitutionē et perfe-
ctionem vite spiritualis/ que sunt obseruan-
tia preceptoꝝ diuinoꝝ et exercitiū virtutū
de quibus omnibus dantur precepta et de perfe-
ctione earū. Itaq. et si consilia euangelica
plurimū expediant et valeant ad perfectio-
nem vite spiritualis cōquirēdam. nō tamen
necessario requiruntur ad eam/ quoniā in
omni statu seculi. ordine. gradu perfecti vi-
ri inueniuntur. **E**t quibus colligi potest
breuis et necessaria dīa preceptoꝝ et con-
silioꝝ quo ad materiam vel obiectum
super quo feruntur. quoniā consilia proprie

et maxime respiciūt materiā instrumenta-
lem/ disponētē ad facilius et breuius ad-
quandā essentialē vite xpiane perfectionē. Et
ideo sunt perfectio fm quid et accidentaliter
precepta vero diuina magis de directo et
immediate/ respiciūt illa que essentialiter
pertinet ad vitam xpianā et spiritalem/ sicut sunt
virtutes et actus earū. **E**x istis infero q.
obligatio preceptoꝝ maior est et efficacior
q. obligatio votoꝝ. Probat istud primo
comparando votū et preceptū ad materiā circa
quā cadunt. Secundo/ comparando ad modū
et vim obligandi. Et tertio/ comparando ad
illa a quibus trahunt rationē sue obligatio-
nis. **E**x prima radice arguitur/ quoniam
precepta diuina sunt et dantur de illis que
se bona sunt. vt pote de actibus virtutum/ de
dilectione dei et proximi/ quibus homo sim-
pliciter bonus dicitur in vita spirituali et xpia-
na/ et in quibus stat et essentialiter consistit vi-
ta spiritualis et perfectio ipsius. Nota autem
non sunt de operibus preceptoꝝ/ sed magis
de instrumentis ad vitam xpianā vt d. pau-
perate. abstinentia. vigiliis et huiusmodi/ que non
sunt per se bona virtutū sed magis disposi-
tio ad virtutes. **E**x secunda radice argui-
tur idem. Quoniam naturalis obligatio vel
vinculū inmutabile et indissolubile/ maius
est q. voluntariū et dispensabile. Ad prece-
pta autem obligatur homo naturaliter et
indispensabiliter. **E**t tertio medio proba-
tur corollarium. quoniam precepta trahunt et
fortiuntur vim a deo dicante/ et naturaliter
inferuntur in tabulis cordis. Nota autē suam
immediatā obligationē accipiūt a volun-
tate hominis viuētis. qui quāntū vult se ligat
et obligat. et pro libitu votū suū qualificat
Item precepta sunt de necessarijs ad salutem
non sic autē vota. Magis autē obligamur
ad illa que sunt de necessitate salutis. q. ad
ea que sic nō necessario requiruntur. Proin-
de vota nō hānt vim obligandi/ nisi ab ipsis
preceptis. Unde tenet quis vota sua im-
plere virtute precepti illius iuris naturalis/
quo iubet promissa reddere. igit. **U**lti-
mus infero q. consilia et obseruantiā consilio-
rum ordinat finaliter ad precepta et manda-
ta. hoc est ad perfectā obseruantiā preceptoꝝ et
mandatoꝝ. Sequitur ex dictis q. perfectio
fm quid et accidentaliter/ ordinatur ad per-
fectionē simpliciter. consilia autē et vota per-
tinent ad perfectionem fm quid. et precepta
ad perfectionē simpliciter vt dictū est. Et itaq.

quia instrumentū est ppter principale agēs
vota autē & consilia sunt de materia instru-
mentali. Ex quo potest sumi ratio/ad pre-
cedens corollariū. quoniam ad vota & consi-
lia obligat homo finaliter ppter ipa prece-
pta. igitur pcepta magis obligant/per regu-
lam aresto. primo posteriorū. Propter qd
vniūqd qd tale & illud magis. Ex quo ap-
paret qd dum consilia dicuntur esse de me-
liori bono nō fit comparatio eoz ad pcepta
sed ad sua cōtraria. Verbi grā cum paup-
tas dicit melius bonū/non cōparat paup-
tas ad opus pcepti/sed ad diuitias. sic qd
paupertas melior est ad perfectionem ad-
quirendā vite spiritalis. qz possessio opuz
et diuitiarū. Vel pro tanto dicuntur consi-
lia de meliori bono. quia ordinant ad me-
liorem & pfectiore obseruantia pceptorū
qz sit cōmunis obseruantia eoz qui non
accipiunt instrumenta consilioz & votoz.

¶ Sequitur vltra. Et si plus mereat qd
per opus aliqd factuz ex voto/qz per illud
idem sine voto/votū tamen non mutat ge-
nus aut substantiā opis. Prima ps arguit.
qm per votū homo dat plus deo. scz opus
ipm & potentia. dum facit se non posse qn
faciat/quod prius poterat non facere. Si
ue iuxta cōmunē metaphora/ vouens dat
fructum & arborem. Alius autē qui non vo-
uit/solum dat actum. vel fructum sine po-
tentia vel arbore. Maius autē est dare actū
et potentia/ fructum & arborem. qz solum
fructū vel solā arbore vel actū. Item quia
per votū magis firmat hō in bono. Se-
cūda ps arguit. qm votū non addit nisi ra-
tionem voluntarie obligationis. istud au-
tem nō mutat genus vel substantiā opis.

¶ Ex quo vltterius hoc patz/qd multa opa
sine voto/pfectiora sunt & meliora. qz aliq
alia ex voto. Probat quoniam diligere deū
ex toto corde/ melius est/ qz aliqua tepida
castitas. et opus martyriū sine voto/ longe
melius est qz paupertas vel ieiuniū ex vo-
to. Ex predicis infero/ qd papa in om-
ni voto religionis dispensare potest. Hoc
patet quoniam in omni emissionē voti sub-
intelligi debet volūtas principis vel sum-
mi pontificis. Item si nō potest dispensa-
re papa in omni voto/ vel hoc esset qz vo-
tum. & sic de iure diuino & naturā reddē-
dum est/ vel quia solēnitati. Non primūz
als in nullo voto papa potest dispensare.
qd est absurdum. Et patet pntia quoniam

redditiō vnus voti nō plus est de iure di-
uino qz redditiō alteri. Nec scdm dici pōt
quia solēnitati voti est de institutione ecc-
clesie/ & ita de iure humano. supra quod est
papa: & ita patet qd papa pōt facere de mo-
nacho non monachū/ quoniam sicut arguit
de palude. esse monachū non est nisi cō ob-
ligatum ad obseruantia trium principal-
um votoz. Huiusmodi autē obligationē
vel vinculi soluere potest papa/ sicut & les-
gitur fecisse de rege vno arragonuz/ quem
exire coegit de claustro ad prolem procreā-
dam & vxorem ducendā. Ex pmissis ois-
bus sequit qd multi sunt perfecti & fuerunt
in vita spiritali. qui nō sunt in statu perfe-
ctionis. Patet de multis coniugatis. qui
sunt & fuerunt pfecti in vita xpiana. nec ta-
men habent statū pfectionis qm status cō-
iugalis nō dicit status pfectionis. Consi-
militet multi (vt pch dolor & clare nimium
videre est) sunt in statu pfectionis pstatio-
nis vel religionis omnium imperfectissimi
dissoluti in vita et moribz. vt inde dixerit
greg⁹ in pastoralī. Plerūqz ordinez psona-
rum pmutauit qualitas mox. Unde p
deklaratione ampliori describit status pfe-
ctionis/ qd est modus viuēdi in quo quis
obligat ad pfectionē adqrendā vel exercē-
dam/ siue obliget per votū aut pstationem
vel dignitatē. Dicit adqrendā ppter status
religioso. Exercendā ppter statū pstatio-
eoz & curatoz. Infero vltra qd stat⁹ p-
fectionis exercēde generaliter pfectior ē sta-
tu illo qd ordinat ad pfectionē adqrendā h-
de se notum est. qm exercere opera pfectio-
nis/ dign⁹ est & pfectius. qz ad illa niti/ ten-
dere/ & festinare. Simul & status ille perfe-
ctior est qui obligat assumentē illū ad ope-
ra pfectiora exercēda vel adqrenda. qz ille
qui ad minus perfecta obligat aut exercen-
da aut conqrenda. Vltterius sequit qd sta-
tus perfectissimus in ecclesia militante est
status episcopoz. Patet quia obligat ad
opera hierarchica perfectissima exercēda
que sunt purgare illuminare et perficere.
Purgare arguendo/ corripiendo/ increpā-
do Argue/ increpa/ obsecra/ monet aposto-
lus thimotheū que epm ordinauerat. Il-
luminare autē instruendo. docēdo. monē-
do. Doportet scribit apostolus epm ample-
ctentem esse eū qui fm sanam doctrinam
est fidelem sermonem/ vt sit potens exhor-
tari in doctrina sana. Et contradicentes



De consiliis euāgelicis

arguere. Quāobrem in ordinatione epi pe-
nitur ab eo. Scis nouū et uetus testamētū
et respōdet. scio. Perficere deniq; hostias
pces/orōnes/sacra que sunt uasa sanctifi-
cacionis et grē offerēdo. Omnis enī ponti-
fex ut instruit hebreos aplos/et hoibus as-
sumptus pro hoibus constituit in his q; sūt
ad deū. ut offerat dona et sacrificia pro pec-
catis. Item q; platus debet aiam suā; po-
nere pro subditis. qd est opus pfectionis
maxime. Debet regentib; subsidia mīstras-
re tpaliū bonoz. Si enī inquit greg? nō
dat substantiā suā. qm daturus est aiam su-
am? Item fm aplm et diuinū dionysiu epī
sunt cooperatorēs dei. Pontificū ordo ait
dionysius primus et sublimissim? Et huius-
modi in mēto Epi sunt sublimes et supio-
res ac ipi diuinitati magis appropinquā-
tes. Sequit; ulterius q; status platiōis
nō ideo dicit perfectissimus. q; puenienti-
or et aptior est ad pfectionē adquirendā. sed
quia hominē iam pfectū requirit. Patet/
quia status est pfectionis in alios exercen-
de nō adquirende. quare hominē pfectissi-
mū exigat et requirit. Quocirca accipiam;
mus dram inter statum pfectionis adqui-
rende et statū pfectionis exercēde. que qui-
dem dra a sine sumenda est. Status nem-
pe pfectionis exercēde intendit bonū suū
in alios effundere et multiplicare. Status
vero pfectionis adquirende bonū illud qd
iam aliis diffundit/intendit/nitit/et festi-
nat in se adq̄rere. Primus ex abundantia
in alios redundat. scōns in se stat. Scōm
enī arecto. y. cth. Virtus tunc perfecta est/
quādo habēs eam pōt ad alterū uti et mo-
do ad seipm. Multi enim in pprijs uirtute
uti possunt. qui ad alterū nequeūt. Ultra
sequit; est status platiōis sit status perfe-
ctionis exercēde. nō sic tamē exercēde/qn-
etiā et sit adquirende. Patet quia plati non
sunt in summo pfectionis/ sed in dies pro-
ficiunt in gratijs et uirtutib;. Non q; iam
acceperim/dicit aplus/ aut perfectus sum/
hoc est sic quin ampli? perfici possim. Se-
quor autem si quo modo comprehendaz.
Quare autē plus dicatur pfectionis ex-
ercēde q; adquirende. ideo est quia princi-
paliter datur et instituit ex officio et ordine
ut bonū quod in eo est extendat/deriuat in
alios et effundat. et quasi se neglecto/ alijs nō
sibi uiuat. qui nec sic perfectus est quin ul-
terius perfici queat. sed quia maxima ex p-

te iam pfectionis est. sicut perfectus doctor
et clericus/ dicitur quia excellenter pfectus
in doctrina q̄q; omni die proficiat in ea.
Et istis infero quia status curatorū in
ordine proximus est statui epoz. Patet
quia eadem opera hierarchica eis incum-
bunt que et epis. Et si non in tam excellen-
ti gradu. Debent enī subditos purgare ar-
guendo/increpando. illuminare docendo
et predicādo. Perficere sacramenta mini-
strando. Tenent et in casu sicut epi aias p
oibus ponere. Unde et in missione septuas-
ginta duorum discipulorū/ quibus curari
succedunt fm theologos et iuristas. quasi
eadem opera mandauit eis xps/ quez apo-
stolis/ luce decimo. Sequitur statim ex
hoc/ q; status curatorū perfectior est statu
religiosorū. Patet quia proximior est sum-
mo statui episcopoz/ ergo et. Quod autem
est pprius summo est pfectius. Secun-
do quia status curatorū est status pfectio-
nis exercēde. Religionis uero status ma-
gis est adquirende. fm pdicta autē status
pfectionis exercēde perfectior est statu
pfectionis adquirende. Quod status re-
ligiosorum sit pfectionis adquirende hoc
expresse ponit sanctus doctor scda sbe. q.
cxxxvi. ar. primo in solutione. in. z. in. ra-
tionum et ar. ij. in corpore questionis. Et
libello suo de pfectōe uite spiritualis. Sta-
tus inquit religionis ad pfectionē perti-
nere dicitur pro quāto est uia tendendi ad
pfectionē per quedā exercitia regularis
obseruantie. Unde et. ij. in plurib; locis
questionis eiusdē. Religiosus in q̄ nō pfi-
tetur se esse pfectū/ sed magis adhibere cu-
ram/operā/et studiū ad adquirendā perfe-
ctionem/ per regulares obseruātiās sue re-
ligionis/ quā assumit. sicut instrumēta ad
pfectionē. Et ita sicut ipse dicit/ dicit sta-
tus pfectionis solū ex intentione finis per-
fectionis adquirende. Qui autē opatur ad fi-
nem. nō dum assecutus est finem. Alioqn
religiosus pfectus vnus diei/ qui uersis
me et pprie est religiosus/ esset iam pfectus.
et pueri. xiiij. annoz. pfecti/ dicerent iam p-
fecti. qd quis diceret. Unde et in religioni-
bus licite et bene recipiuntur pueri adole-
scentes/ homines indocti/ et imperfectissimi
ut se pfaciant in religione/ tales autē nun-
q; deberent admitti ad curam regendam.
Sic igit status curatorū requirit hoies pfe-
ctiores q; statū religionis. Ea pp dicebat

aug. et habet. xxi. q. i. c. Probationes non nisi et meliores in clericos hoc est curatos recipim. Non dicit in monachos vel religiosos ad quem statum quod est status perfectionis nisi adquirende. omnes recipi possunt. Preterea secundum divinum dionysium status platorum preferuntur statui religiosorum. quod est adductum et aliter in se status. Ipsorum autem curatorum est etiam alios ad deum adducere/ exhortando/ instruendo et monedo/ quo sic ad deum redeat. Unde. vi. ca. celestis hierarchie ait ipse dionysius. **L**onsummandum monachos/ retro sacerdotem statum non supra caput huius tradita eloquia. Sequitur in textu. Quod autem nec supra caput tradita eloquia habere dicitur/ et altare sacerdoti/ declarat monachicum ordinem non esse aliis personis latum. sed in ipsa stantem singulari et sacra statione. Unde et ab initio institutionis religiosorum/ ut ex legendis primis claret et apparet. religiosi erant subditi parochialibus curatis a quibus recipiebant ecclesiastica sacramenta. Postmodum vero ut vagandi tolleretur occasio. abbates eorum instituti sunt curati eorum. **I**tem arguitur ad corollarium/ quoniam curati ordinati sunt ad bonum communitate/ religiosi vero vacant bono privato/ et singulari/ et sacre stationi/ bonum vero communitate/ divinius est et melius bono privato. **I**nfero ultra quod status curatorum sicut et episcoporum/ est de primaria et ordinaria christi institutione. Patet quod ipsi discipuli quibus succedunt curati secundum glosas et canones/ fuerunt ordinarii hierarchie/ et immediate a christo missi/ et potestate hierarchisandi acceperunt/ non a petro sed a christo. **S**equitur ultra quod curati parochiales/ non se habent ad episcopos sicut balivi vel prepositi ad regem vel principem. Patet quoniam ipsi curati habent ordinariam iurisdictionem suae potestate exercendi ea quae iuris sunt in subditos/ sicut et discipuli quibus succedunt. Prepositi autem et balivi non habent nisi subdelegatam iurisdictionem non ordinariam. Secundo si curati non haberent ordinariam iurisdictionem plusquam prepositi vel balivi regum et principum/ tunc episcopi possent pro libitu et mere gratis/ eos deponere absque culpa/ sicut principes de suis prepositis et balivis facere possunt. Consequens autem falsum est. quia secundum canones/ ecclesiam quam quis iuste adeptus est. non nisi pro gravi culpa coram episcopo canonica severitate amittere debet. Item quia curati de iure divino et communi possunt opera hierar-

chica exercere/ arguere/ docere/ predicare/ proficere/ sacramenta ministrare. sequitur quod status curatorum non est facticius/ vel aduenticus/ vel voluntarius. Patet ex quo secundum predicta est de primaria christi institutione/ et ordinariis status. **A**lterius sequitur quod sicut papa non potest statum episcoporum ab ecclesia tollere/ sic nec status curatorum. Patet quia in suis antecessoribus immediate a christo missi sunt. sicut et episcopi in apostolorum missione. **A**ltimo infero sicut summus pontifex non potest statum curatorum abolere vel tollere. sic nec a parochianis omnium curatorum omnem debitam subiectionem tollere vel suspendere. ita ut in nullo eis subijceretur. Probat quoniam secundum dicta/ curati a christo in suis successoribus acceperunt auctoritatem et potestatem activam. imo mandatum et preceptum hierarchisandi subditos suos. ergo christus eodem actu vel mandato instituit/ ordinavit/ et precepit/ quod ipsi subditi a curatis hierarchisarentur et ad eos venirent. Frustra etenim daretur activa potestas hierarchisandi nisi et passiva. Unde sicut arguitur doctores theologici. Christus dando apostolis potestatem absolventium. Quorum remiseritis peccata etc. illo eodem actu et mandato obligabat homines ad confessionem peccatorum/ quoniam sine confessione nunquam absolventur. et frustra dedisset auctoritatem absolventium. nisi in subditis correspondentem instituisset obligationem preceptivam ad se submitendum eis pro beneficio absolutionis. Ita in proposito imaginandum est. Item quia ipsi curati iure naturali et divino obligantur curam et sollicitudinem gerere/ ac rationem districtam reddere de omnibus sibi commissis. igitur ipsi etiam parochiani eis obligantur et subijciuntur/ tenet consequentia/ quia obligatio debet esse mutua/ nec claudicare debet. Itaque necessarium est/ si rex vel princeps teneatur subditos tueri/ regere/ protegere/ et defendere/ quod correspondentes subditi eis debeant subiectionem/ tributum/ et vectigal/ et contra si plebs vel populus debet principi reverentiam et tributum. Rex etiam debet eis protectionem et defensionem. Nam et ipse summus pontifex propter magnitudinem obligationis vocat se servum servorum. Sic etiam oportet quod omnes ei maxime obligentur. Sic igitur inter curatos et parochianos est mutua naturalis et divina obligatio/ quam generaliter papa non potest ab omnibus tollere.

Finit.